


**F**lorentia nobilissima et inclita ac primaria urbis ethurie. Eius origo refertur in sillanorum militum (quibus is ager a silla assignatus fuit) adventum. Et quia primas illi sedes ad armifluentia ceperunt fluentiam inde primo dictam volunt. Et quidem plinius apud quem primus eius loci mentio facta est fluentinos dicit: pfluenti arno appositos. Ceperunt vero hi milites ad annus condite urbis rome sexcentisimum et septimum supra sexagesimum. unde inicitu habuisse videtur florentia ante christi dei nostri adventum annos circiter octogintatres. Condita igitur fuit florentia ex fesulanis ad ripas arni fluminis: et pasci homines fluentiam vocauerunt. Que cum auspicijs fundata felicibus vicinis per circuitu civitates excellere: mirisque modis imperium propagare cepisset florentia longe melius quam fluentia dicta est. Multis ea civitas per Gothorum tempora incommodis agitata est. Totila enim eam immunitam et desolatam fecerit. Quam karolus magnus instaurare fecit: maioremque ambitu membris circumdedit. Et dignissimis privilegijs et magistratibus decoravit. Itaque florentia acceptis vi et in se populariter traductis fesulanis ad annum salutis quartum et vigesimum supra millesimum plurimum opibus et gloria est aucta. Quo item anno heinricus primus impator ecclesiam sancti Miniatis ad muros florentie edificavit. Ex eo fere tempore per priores artium et verilliferos iusticie sicut nunc fit gubernari cepit. Preterea in urbe preter reliqua ornamenta incredibilia basilica insignis et stupendo operis fornice est ornata: gloriosaque virgini dicata. Et quarto abinde anno pallacium item superbissimum quod inhabitant priores edificari cepit. Quinto postmodum anno scilicet 1071. productum est pomerium: et membris urbs est ampliata: et ripis fluminis ultra sacros diu Laurentij edes perpetuo ambitu deducta. Turris vero marmorea inter ceteras orbis campanarias speciosa ad annum inde primum et tricesimum excitata. Ibi per cursoris index maxima in veneratione habetur: ob cuius honorem edes preclarissima in celebriori urbis loco



dicata habetur: quam baptisterium dicunt. Cuius value ex solido ere existunt: ubi novi et veteris testamenti historie inenarrabili ope sculpte habentur. Florentia cum omni italie civitatu flos nuncupetur: etiam preter pulchritudinem et civium urbanitatem: viros quoque in omni genere virtutis prestantiores habuit. Duobusque poetis ornata fuit. Dante Aldegerio et francisco petrarcha. Quorum hic patre florentino sed exule apud aretium natus et arquade inter colles euganeos mortuus ac sepultus est. Ille florentinis parentibus florentie natus. obiit Ravenne patria exul. Panopostiotum habuit pictorem celeberrimum apelli equipandam. Habuit quoque ac cursuum iurisperitorum principem: qui ius civile egregie interpretatus est. Reddidit et medicum Ladeum omnium clarissimum. Ornataque fuit cosimo medico quem opum affluentia humanitate et liberalitate superantem civem europe celebrem reddidit. Cumulantque eius felicitatem filij sui et nepotes qui florentie urbi plurima addiderunt ornamenta. Adonasterium preterea celebre sancti marci in quo pulcherrime extructiones et bibliotheca que alias superat omnes: eius viri summi magnificentiam ostendunt. Et private eius edes in via lata extructe romanorum opibus compandunt. Florentissime autem urbis origine gentisque res abunde complexus est Leonardus aretinus. Secus florentinam fesula urbs vetusta et multorum scriptis preteritum Salustij et Livij celebrata interijt vel ut super in florentiam populum operisque mutavit. Ex cuius montibus qui ad orientem vergunt Munio torres orientis florentina ablues mentia: florentinam urbem dividit arnos amnis pontibus in ea quatuor magni operis turris. Vallem arni superiorem qua nullam habet: nunc ager florentinus: vini optimi feracior quam pluerit arno apposita planities ambit fuisse palustre aiunt. Commendanda est multis in rebus florentinorum prouidentia: tum maxime quod eligendis cancellarijs que oratoriam spectant: et que vocantur humanitarum studia pios acceptant: ut Leonardum et carolum aretinum: et an eos collucium que scribendi dictandi que arte disertissime tradiderunt.

